



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Anthologia Sacra

Ex Probatissimis Vtrivsqve Linguæ patribus collecta, atque Octastichis
versibus comprehensa

Billy, Jacques de

Parisiis, M.D.LXXV.

Bonorum huiusce vitæ solitudinem impedimento nobis esse, quominus
ad cœlum tendamus. 107.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50828](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50828)

ta oratoria arte præstantissimum esse censeret, Actio inquit. Rogatusq; quid deinde, idem iterum, ac tertio respõdit: hinc videlicet illud indicans, nihil in vniuersa docendi arte esse, quod cum eiusmodi parte comparandum esset. Est autem apud Cassianum pulcherrima antithesis superbię diaboli, & humilitatis Christi, quã ab eo mutuatus fuisse videtur Gregorius libr. moral. 34. cap. vlt.

Bonorum huiusce vitæ sollicitudinem impedimento nobis esse, quominus ad cælum tendamus.

107.

*Promissa est nobis tellus amplissima, dulci
Lacte fluens, ad quam nos tuba dia vocat.
At nos, qua nostra est dementia maxima, cœli
Deliciis terræ pluris habemus opes.
Sic olim Rubeni male-sana mente nepotes,*

S A C R A

*Pascuæque et multum cum pecus esset eis,
Languiebant animis, nec iam promissa volebant
Ad bona tam pinguis tendere leta soli.*

S C H O L I A.

Lib. 27. *Moral.* *cap. 10.* *Ios 3.* *Promissa est nobis*) D. Gregorius in suis Moralibus eam Scripturæ sacræ historiam exponens, in qua refertur quemadmodum tribus Ruben, & Gad, & dimidia pars tribus Manasse, quod iumentis ac pecoribus abundarent, nihil iam curarent Iordanem transmittere, ac terræ sanctæ possessionem adire, his verbis utitur. Qui iumenta plurima possident, transire Iordanem refugiunt: quia quos multa mundi implicamēta occupant, habitationem cœlestis patriæ non requirunt. Vnde etiã in Euangelio, illi qui ad eas nuptias, ad quas omnes inuitamur, ire recusant, inter reliquas excusationes suas, hoc quoque cau-

antur, iuga boũ emi, & eo pro- *Luc. 14.*
bare illa.

Aduersus falsos nostri
temporis politicos.

108.

O Di, qui fidei teneat cum dogmata sana,
Non tamen is fidei iungere curat opus.
Plus odi fidei qui septa reliquit auita,
Impius Et matri perfida bella mouet.
Plus etiam in medio qui cum versetur ouili,
Clam tamen innocuas est lupus inter oues.
Omnibus his odi grauius, qui numinis expers,
Nomine prudentis se tegit œconomi.

SCHOLIA.

Ut œconomi) Quemadmodum *NaZ.*
trani nomen quod olim in lau- *Orat. de*
cerat, ob eos qui crudelissimè *Athan.*
teterimè imperium gesserat,
in odium & inuidiam abiit: ita e-
tiam cõplura alia, velut œcono-
mi vocabulum, quod cum Pau- *1. Cor. 4.*
sus etiam ipse, tum sibi, tum
omnibus tribuat, quibus præ-
dicandi Euangelij, administran-